

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitvlm Vltimvm. Significavit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

356 Decret. Greg. Lib. III. Tit. XXIX. Cap. Ult.

agros 3. C. de fudiis limitoribus. Tamen ea res consuetudine non ita observari, sed non raro mutari solent, uti *Hosien*, & *Ian.* And. hic annotarunt. Alterum, montem, aut fluvium per se, ac propriè non esse limitem diœcesis, sed potius signum, sicut & lapis limitaneus, quare translato lapide, fluvio exiccato, aut aliud alveum acquirente, non sunt mutati fines, quandoquidem signatum non dependet à signo, ita ut eo ablatio etiam signatum mutetur.

Portò quod dixi, fines præscribi non posse, intelligi debet de omni præscriptione etiam centenariâ, aut temporis immemorialis, eò quòd præscriptioni huic canon omnimodè resistat, præscriptionio autem lege resistente prævalere non possit cit. L. agros in lib. II. Codicis. & ita docet Abb. hic n. 2. Felinus in c. quian. 5. de præscriptionibus p. 6. q. 15. casu 10.

CAPITVLVM VLTIMVM.
Significavit.

PARAPHRASIS.

Cùm civitas Aconensis recuperata esset à Christianis, multi se èò contulerunt, habitatione constitutâ, qui antè occupationem terræ sanctæ in regno Ierosolymitanæ habitabant: tunc Prælati ejus regni ab Aconensibus habitatoribus iura Episcopalia exegerunt, quare Episcopus Aconensis questus est Clementi III. qui hic mandat, ut Prælati illi nullam in Aconensis incolas jurisdictionem exerceant,

quibus spiritualia non ministrant, rùm si ex agris, qui in parochijs coram dem Prælatorum constituti sunt, Adenses percipiunt fructus, tum ratione prædictorum decimas solvant Prælati, & verò Episcopo Aconensi subjectionem, & obedientiam in posterum praestant.

SUMMARIUM.

Domicilium tam quo ad tempore, quam spirituali jurisdictioni, & berè quiris acquirere potest.

Notandum primum. Domicilium aliquis libera voluntate mutat, & jurisdictioni alteri spirituali, ac temporalib[us] catur, transferendo se ad alium locum, ut diœcesin animo constanter habitandi. p. liminijs 5. ff. de captiuis & explicativis 6. e. 10. n. 6. & tra. 9. c. 9. n. 10.

Notandum secundum. Qui parochij prælati parochianis spiritualia non ministrant, non debent ab eis exigere temporalia: hac enim debentur ministri Ecclesie propter spiritualia, & idèo exigi non possunt, nisi spiritualia ministrantur, & non iam accepta sint, repeti possunt, si cuius ob quam dantur, non sequatur, Cod. de conditione ob causam datorum, & de conditione causa data, causa non sunt. In Gl. hic And. n. 4.

Notandum tertium. Decime prædicta dantur parochiæ, in qua prædicta sit decimæ nisi alia sit consuetudo Regionis, ut dicitur in c. ad Apostolicæ 20. de decimis & habens in textu nostro.



TITU.